



zu 005

O. i. 840 (1-101).

DISPUTATIO IURIDICA.  
DE APPELLATIONIBVS.

AUSPICE DEO OPT. MAX. PRAESIDIBVS VIRIS CLARISS. ET CONSULTISS. D. Ioanne Michaële Cronenburger Dictatore, & D. Ioanne Hollandt Fisco, SS. LL. Licent. in celeberrimo IC. apud Vbios Academiae Colonienfis Collegio proposta ab

ADOLPHO LUDOVVICI.

Anno MD. CIII.  
die VII. Kalen. Iulij.



COLONIAE AGRIPPINAE Ccc  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

99



## TRANSITIO ET THESIS I.

**U**S omne in iudicijs verti, iudiciorum finem esse sententiam sententia denique scopum constitui iustitiam & ut quisque ius suum consequatur; notissimum est. Sape autem contingit Iudices vel iniquitate vel imperitia à iuris tramite exorbitare; ut laesis dignioris magistratus auxilio subueniri aequissimum sit, ideo post iudicia omnia absoluta ad frequens, utile, ac necessarium innocentia asylum; quod appellationem dicimus, non ineptè fit transitus, & definitio Appellationem (a) esse inuocationem auxilij superioris iudicis ad emendandum facta per inferiorem. (b) Eamq; in iudicalem & extraiudicalem diuido. (c)

(a) significatione in iure nostro vsitata assumpta: Schard. in Lexi. in verb. Appellare, VVesemb. in parat. h. tit. num. 2. (b) autor est mihi Petrus Grego. Tholos. in syntag. iu. lib. 50 cap. 2. nu. 3. (c) quam διχοτομία probant. VVes. in parat. h. t. nu. 5. Pet. Greg. d. lo. nu. 5. & seq.

### II.

Principio circa personas notandum est, Vnumquemque appellare posse, (a) siue vnus vel plures, (b) non solum nomine proprio, sed & alieno, (c) dummodo eius intersit, (d) aut mandatum habeat, (e) vel ratihabitio accedat, (f) quinimò in iudicio criminali pro condemnato inuito appellans admittitur. (g)

(a) Appellatio enim est de genere permissorum, gloss. in l. qui restituere, de rei vind. (b) tot. tit. C. si vnus ex plur. & c. (c) l. ab executore 4. §. 2. & seq. h. t. (d) sin secus audiri non debet, c. cum inter 16. §. nps attendentes, de elect. (e) l. 1. de app. rec. (f) d. l. 1. intra tempus legitimum tamen, arg. l. bonorum 24. rem hab. (g) l. 6. ff. l. 29. C. h. t.

### III.

Rectè igitur prouocant procurator negotiorum gestor pro principale, (a) tutor curator pro minore, (b) fideiussor pro debitore, (c) emtor pro venditore, (d) legatarius pro herede, (e) dominus aut respublica pro subdito aut ciue, (f) maritus pro vxore, (g) pater, (h) & mater, (i) pro filio, dominus pro seruo, (k) priuatus de populo in ijs quæ vniuersitatis sunt, (l) & generaliter omnis is cuius interest sententiam latam non esse. (m) Quod vsq; aded verum est vt appellatio appellantis aduersario proficit, (n) & triumphus tertij alteri non prouocanti victoria emolumentum adferat, (o) imò tertius dummodo litem moueri nesciuerit, (p) etiam à tertia sententia docto summarie de interesse, (b) prouocare possit.

(a) d. l. 1. de appell. recep. qui tamen vltra interpositionem non tenentur, l. inuitus. C. de procu. vbi Bart. Sichar. & Dd. nisi esset procurator generalis aut appellatū ab interlocutoria. Gaill lib. 1. pract. obs. 139. num. 11. (b) l. 24. & 27. h. tit. l. si bonam 11. C. de adm. tut. (c) l. si procuratorem 8. §. si ignorantes 7. vbi Cost. & Dd. mandati. (d) l. Herennius 63 de cuius. vide Cuarr. pract. quæst. c. 15. num. 4. (e) l. à sententia 5. l. si perlusorio 14. h. tit. vide tamen Cuarr. d. lo. nu. 3. (f) si interesse habeant. Gaill lib. 1. pract. obser. 125. & seq. Guido Papæ decis. 464. (g) Bart. & Dd. in l. maritus C. de procur. Myas. cent. 3. obs. 53. Gaill lib. 1. obs. 133. (h) l. 2. §. 2. quan. app. (i) l. 1. §. 1. de app. rec. (k) l. 15. & 18. h. tit. (l) quia quæ sunt iuris publici principaliter secundario sunt iuris singulorum glo. in l. popularis, de pop. act. Dd. in l. 1. §. huius autem studij de iust. & iu. (m) d. iurib. eleg. & latè Cuarr. d. c. 15. Gaill lib. 1. obs. 122. & 125. in fi. (n) l. ampliorem C. h. tit. Myas. c. 2. obs. 21. Gaill d. obs. 122. num. 3. (o) l. 1.

(o) l. i. C. si vn. ex pl. Cuiac. in parat. ibidem. l. si qui separatim 10. §. vlt. h. tit. Gaill lib. 1. obs. 126. num. 3. (p) Bart. in l. à sententia h. t. Cuuarr. d. lo. nu. 8. (q) d. l. à sententia. ibi. nisi ex iusta causa, c. cum super. ibi. rationabiliter, de re iud. Cuuarr. d. c. 15. nu. 1. Gail d. obser. 122. num. 5.

### IIII.

*Prohibetur verò appellatio interdum ob factum aut delictum appellantis, puta qui antea in (a) vel extra iudicium (b) iuri suo renunciauit, (c) confessionem propriam, (d) contumaciam veram. (e) Quòd tamen in contumace condemnato ob non propositionem actionis ex l. diffamari, &c. non obseruari didici. (f)*

(a) l. i. §. 3 à quib. app. (b) interueniente pacto. Accurs. in d. §. 3. & ibi Gothof. in addit. (c) l. vlt. §. vlt. C. de tem. app. Mynf. c. 1. obs. 14. (d) idque tam in ciuilibus, quàm criminibus, tex in c. Romana Ecclesia, §. Si autem post, & ibi eleg. glo. de appell. lib. 6. decis. cap. Tholos. 177. & ibi Aufrer. in addit. Cuuarr. pract. quæst. c. 23. num. 5. verif. secunda conclusio. (e) l. i. C. Quor. app. l. ex consensu 23. §. 3. de appell. Maran. in spec. par. 6. §. & quandoq; appell. nu. 284. & seq. (f) Gail lib. 1. obs. 132. arg. l. vlt. §. i. iussus de appell.

### V.

*Porrò etsi à quocunque iudice, siue ordinarius ille sit, siue delegatus appellatio institui possit, (a) id tamen perpetuum non est, à principe enim (b) Senatu, (c) prefecto prætorio, (d) iudice cum clausula, appellatione remota, dato (e) appellare fas non est, prout ab executore prouocare prohibitum esse inuenio, (f) idque tam in decreto de exequendo, quàm executione facti obtinere debere, defendam. (g)*

(a) Maran. d. lo. nu. 246. (b) l. i. §. 1. à quib. app. non recognoscante superiorem. Maran. vbi sup. nu. 248. & seq. (c) d. l. i. §. 2 in cuius locum hodiè substituo amplissimum S. Imperij tribunal quod vocant Cameram Spiren. vide quæ notat. Gail lib. 1. obs. 41. (d) to. tit. C. de sen. Præf. præ. cuius prærogatiuis hodiè gaudet Elector Sax. VVesemb. in parat. à quib. app. (e) d. l. i. §. 4. c. pastoralis, de appell. (f) l. ab executore 4. h. tit. l. ab executione 5. C. Quor. app. nisi sententiam iniquè interpretetur, aut modum excedat, d. l. 4. c. monet. c. ad consultationem. de re iud. (g) con. gloss. & Bart. in d. l. ab execut. vbi enim eadem ratio ibi idem ius l. illud, ad L. Aquil. l. à Titio de V. O. aliasque vt litium sit finis, l. properandum, C. de iud. c. finem litibus de do. & cont. &c.

### VI.

*Causa etiam quandoque talis est vt appellationem respuat, veluti de momentanea possessione lis, (a) sententia duabus precedentibus conformis, (b) negotium mora impatiens, (c) delicti atrocitas, (d) factum notorium, (e) causa ob summæ incompetentiam priuilegiata. (f) Vnde cum hodiè ex ordinatione Camera cause infra CL. flor. summam non recipiantur ibidem, (g) num diuersarum summarum cumulatio fieri possit queritur? quod affirmo. (h)*

(a) l. vni. C. si de mom. poss. vbi Bart. & Dd. nisi maximi esset præiudicij & vim petitorij haberet. vide Mar. d. lo. nu. 305. & seq. Gail lib. 1. obs. 147. num. 9. Mynf. cent. 6. obser. 13. (b) to. tit. & rubrica decisua C. ne lice. in vna. vbi Cuiac. in parat. c. sua nobis h. tit. Maran. d. do. num. 280. quòd tamen in Camera non attenditur hodiè. Mynf. cent. 1. obser. 15. vbi rationem assignat, quando autem sententiæ dicantur conformes declarat. Cuuarr. pract. quæst. 25. num. 5. & 6. (c) l. fin. de app. rec. l. quisquis 6. C. Quor. app. non Mar. nu. 330. (d) l. constitutiones 16. h. tit. Mar. d. lo. nu. 294. & seq. latè. (e) c. peruenit, c. consuluit, h. tit. Mar.

Mar. fæpè d. lo. nu. 186. & 293. (f) Nouel. 23. cap. 3. & similes quas plenè enumerat Mar. n. 326. & seq. (g) Mynf. cent. 3. obs. 89. c. 4. obs. 40. c. 5. obs. 83. eleg. Gail lib. 1. obs. 123. (h) text. in l. 10. §. 1. h. tit. arg. l. siidem cum eodem, de iurisd. om. iud. Gail d. obser. 123. num. 3. Mynf. d. c. 5. obs. 83. nu. 4.

### VII.

*Materia sunt negotia omnia civilia & criminalia, (a) actusq; omnes, (b) tam iudiciales, quàm extraiudiciales. (c) Verùm ex recepta hodiè Germania consuetudine, (d) in criminalibus appellationis beneficium explosum est, contra quam licet quidam insurgant (e) frustra tamen nituntur. (f)*

(a) Socin reg. 40. l. & in maioribus 29. C. h. tit. vbi glof. (b) iudicis videlicet. Gail lib. 1. obs. 120. (c) l. 1. §. solent. 3. quan. app. l. 1. si tut. vel cur. c. 1. h. t. in 6. vbi glo. (d) quam Imperatoria roborauit autoritas. Gail lib. 1. obs. 1. num. 27. & lib. 1. de pace publ. cap. vlt. num. 36. Mynf. c. 4. obs. 41. (e) Cuuarr. d. c. 23. nu. 5. in fin. vers. vsque tamen forensis. (f) Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 94. pœnarum enim executionem non suspendi Reipubl. interest, l. ita vulneratus ad L. Aquil. l. congruit, de off. præf.

### VIII.

*Per actus iudiciales intelligo sententias definitiuas, (a) validas, (b) interlocutorias non aliter quàm si contineant grauamen irreparabile, (c) aut vim definitiuam obtineant. (d) Extraiudiciales cum formam & vim iudicialium habent, (e) quòd ita est de iure civili, secus de iure Pontificio, vbi à quocunq; grauamine, (f) nulla caussarum aut sententiarum constituta differentia, (g) appellare concessum est.*

(a) l. ante sent. tem. C. quo. app. no. l. 2. C. de epis. aud. (b) inualidæ enim neque nomen neque vllam executionem merentur, l. si se non obtulit §. condemnatum vbi glo. & Dd. de re iud. toto tit. Quæ sent. si. app. vbi VVes. in par. & C. quan. prouo. (c) quòd iudex arbitrabitur. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 5. casu 490. (d) glof. & Bart. in d. l. ante sententiæ tempus eleg. Gail lib. 1. obs. 129. & 130. Mynf. c. 4. obs. 43. (e) VVesemb. in parat. h. t. nu. 8. (f) tam illato quàm inferendo. Clem. sicut h. tit. etiam partis. extra iudiciū, c. bonæ memoriæ, ext. h. t. quæ tamen non tam apparatus quàm prouocatio ad iudiciū dicitur c. cum sit Romana h. t. Gail d. obs. 120. num. 4. (g) c. 5. 12. 59. cum concordan. cod. Vestrius in praxi lib. 7. c. 3. num. 2. vbi Grauat, in addit. limitat Conc. Trid. sess. 24. c. 20.

### IX.

*Forma appellationis partim in ea facienda, partim in ea prosequenda consistit, in facienda appellatione id maximè attenditur vt fiat, ita quo appareat appellatum, (a) intra tempus legitimum, (b) gradatim, (c) ab inferiore ad proximè superiorem eius qui iudicauit, (d) à delegato ad delegantem, (e) à subdelegato ad subdelegantem. (f) Vnde noto etiam consuetudine introduci non posse vt appelletur ad parem, vel à maiore ad minorem. (g)*

(a) Gail lib. 1. obs. 119. Mynf. c. 3. obs. 15. (b) vide inf. the. 15. (c) l. Imperatores 21. h. tit. excipitur iudex ad quem qui palam & euidenter denegauit iustitiam. Mynf. c. 1. obser. 67. Gail 1. obs. 119. num. 2. qui ex aliqua iusta causa, puta suspicionis excommunicationis & similibus est inhabilis. Mynf. d. obser. 67. Gail d. num. 2. qui remittit causam spontè ad superiorem Mynf. & Gail d. lo. de quo non opponitur. Mynf. d. obs. 67. de iure etiam Canonico Papa omisso medio appellari potest. Mynf. cent. 2. obs. 4. prout & eius legatus, c. 1. de off. leg. (d) l. 1. §. si quis h. tit. l. minor aut, de minor. §. fin. in auth. de app. & intra. Mynf. d. obs. 4. (e) l. 1. & 2. Quis à quo, d. l. Imperatores, §. 1. h. tit. l. præcipimus 32. §. hæc si 3. C. cod. quod

quod in mandata iurisdictione vniuersali non obtinet, d.l.1.§.1. Quis à quo. vbi VV. et Cui. in parat. (f) c. super quaestionum, §. porro, de off. deleg. Ferrar. in pract. in forma app. à diff. vers. coram nu. 10. (g) pulchrè glo. in c. 2. de consuet. in 6. Mar. d. lo. nu. 3. par. 11. in parem multo minus minor in maiorē non habet imperium, text. in l. ille à quo §. tempestiuum ad SC. Trebell. & in l. aam magistratus, de recep. arb. c. cum inferior, de maio. & obed.

#### X.

*Ceterum constituta duplici sententiarum differentia fit vt quandoque viua voce, quandoque scriptis libellis appellandum sit, A sententia definitiua etiam interlocutoria vim definitiua habente, (a) liberum est appellare viua voce quamprimum lata est iudice adhuc pro tribunale sedente ex interuallo, non nisi in scriptis, (b) sine vlla tamen grauaminum allegatione. (c)*

(a) Gail lib. 1. obser. 130. nu. 5. & 6. Mynf. c. 3. obs. 15. (b) vulgò im fûsstapffen vnd mit les bendiger stin. l. litigatoribus, C. h. tit. l. 2. §. fin. h. t. Mar. d. loco num. 135. cum seq. l. eos qui §. si autem C. cod. h. t. (c) Gail d. obser. 130. Mar. h. tit. num. 153. Mynf. d. obs. 15. Socin. reg. 25. ratio est quia à definitiua appellatio iustificari potest ex nouis actis & probationib. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 72. Si tamen causa expressa sit ab ea discedere non prohibetur, l. 3. §. fin. h. t.

#### XI.

*Ab interlocutoria simplici cui grauamen extraiudiciale annumero, (a) non nisi in scriptis causa grauaminis inserta, siue incontinenti, siue ex post facto fiat, appellandum est nec potest appellans aliã causam prosequendo appellationē allegare, (b) consuetudine tamen vel statuto induci potest vt à definitiua ex interuallo ab interlocutoria verò incontinenti viua voce appelletur. (c)*

(a) Ferrar. in for. app. à sent. interl. vers. in his scriptis nu. 5. (b) c. cordi in 6. Clem. 5. cod. Socin. reg. 30. Capell. Thol. quaest. 317. Mynf. d. obs. 15. Gail d. lo. num. 2. quia ex nouis actis iustificari nequit. Menoch. d. q. 72. nu. 5. (c) Gaill d. obs. 130. nu. 4. Mynf. cent. 1. obs. 66. & cent. 3. obs. 32.

#### XII.

*At quoquo modo & tempore ea fiat semper coram iudice qui sententiam tulit, (a) & si plures pronunciauerint coram singulis communiter vel separatim, (b) appellatio interponi debet. aut si iudex haberi nequeat, vel metus iustus adsit, (c) prauia diligenti inquisitione de adhibita diligentia & iudicis absentia corā Notario & testibus, (d) cui scedula appellationis exhibenda, & postea instrumento de super conficiendo verbotenus inferenda est, (e) contestatum esse sufficit.*

(a) c. vt debitus vers. cum autem h. tit. c. appellatio h. tit. in 6. & ibi glo. Clem. 1. cod. l. fin. C. quan. prou. non est nec. (b) Ferrar. d. lo. vers. coram vobis nu. 17. aut saltem maiori parte. d. Clem. 1. Lancellott. institut. Canon. h. t. (c) c. vlt. h. tit. l. fin. C. de his qui per met. Vani autem timoris nulla est excusatio. l. vani timoris de R. I. (d) Ferrar. & Lancell. d. locis aut alijs honestis personis. Menoch. lib. 2. cent. 1. cas. 69. nu. 9. d. cap. vlt. (e) Mynf. cent. 4. obser. 45.

#### XIII.

*Post appellationem factam proximum est, (a) petere apostolos, (b) saepe & instanter*

ter(c) de iure communi intra 30. dies, (d) à die sententiæ lata(e) aut scientiæ(f) contínuò decurrentes, qui si omittantur, aut intra terminum iuris, vel à iudice præfixum(g) nõ petantur, appellatio pro non facta habetur, (h) licet eorum omissionem Camera non attēdat, (i) factum verò iudicis eos tradere intra terminum præstitutum differentis appellati non nocebit. (k) Quinimò appellationi iustæ non deferens iure ciuili 30. auri pondò. (l) Põtificio arbitraria pœna punitur. (m)

(a) pro cautela tradunt eos in ipso actu vel scedula appellationis petere. Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 7. c. 3. num. 63. Masuer. in addit. ad præct. Ferrar. in for. app. à sent. de f. vers. petens. in verb. apostoli, (b) qui sunt literæ qualitatem interpositæ appellationis continentés à iudice à quo ad iudicem qui prouocatur directæ l. vni. de lib. dimiss. l. dimissoria. de V. S. à græco verbo ἀποπέλλω i. mitto. vulgò. abscheidsbrieff. (c) d. l. vni. quod fat est vnico contextu fieri. Clem. Quamuis h. tit. formula hodie in iudicijs vsitata primò, secundò, tertio, instantè, instantius, & instantissimè. Vest. in præxi lib. 7. c. 3. n. 35. (d) l. iudicib. 24. C. c. ab eo. h. t. Cuiac. lib. 24. obs. 29. (e) Myns. cent. 4. obs. 36. (f) Mar. d. nu. 220. (g) quod facere potest d. Clem. quãuis. Mar. d. lo. n. 223. (h) iuxta d. Clem. Bart. in l. eos 6. §. apostolos C. h. tit. facit tex. in d. c. ab eo. cod. in 6. & l. 2. §. fin. C. de temp. app. Ferrar. in for. resp. iud. à quo app. vers. statuit nu. 4. Grauat. d. lo. num. 71. (i) Myns. d. obs. 36. Gail lib. 1. obs. 139. in fi. (k) ad quod tenetur d. l. iudicibus & c. ab eo. l. eos 6. §. apostolos C. h. t. l. 1. §. dies. quan. app. V Vestr. in parat. de lib. dim. nu. 4. Ferrar. d. lo. nu. 5. consultum tamen est de diligentia protestari, d. l. vni. de lib. dim. (l) l. 12. C. h. t. (m) c. 3. h. tit.

#### XIV.

Sed etsi statuto quadam solemnitates circa appellationem interponendam requisitæ sint; vt sunt iuramenti præstatio, cautio, aut pecuniæ certæ depositio, & similes, omnimodò seruandæ sunt, (2) eademq; etiam coram iudice ad quem; nisi verba statuti, aut consuetudo expressè diuersum velint; præstari possunt. (b) Si verò pars aduersa earum omissionem dissimulat, aut petere negligit vitabitur ne appellatio minimè. (c)

(a) Myns. cent. 3. obs. 56. (b) Gail lib. 1. obs. 124. Bart. in l. si ita quis 135. §. ea lege 3. de V. O. nu. 6. (c) arg. l. peto 69. §. fratre 3. de legat. 2. Myns. cent. 1. obs. 6.

#### XV.

Tempora (a) appellationum prout olim (b) ita & hodiè numerantur varia, Alia enim interponenda, alia introducenda, alia prosequenda seu finienda appellationi sunt præstituta. (c) Interponendæ appellationis tempus hodiè est decendum (d) à tempore dictæ sententiæ, (e) & illati grauaminis, (f) aut scientiæ (g) de momento ad momentum effluens, (h) neque iudicis permissione, aut partium consensu prorogabile, (i) & paupertas etsi à legitima introductione & prosecutione appellationis excusat, (k) tamen ob neglectam interpositionem veniam non merebitur.

(a) quæ vocantur fatalia. Schard in lex. in verb. fatalis dies. (b) Cuiac. lib. 12. obser. 4. (c) Gail lib. 1. obs. 139. n. 1. Myns. c. 6. obs. 12. (d) auth. hodie C. h. t. c. quod ad consultationē vers. taliter duximus, de sent. & re iud. c. significauerunt, & ibi gl. in verb. intra decē dies de testibus, c. cum dilectus 32. in fi. & ibi glo. de elect. Myns. c. 3. obs. 11. (e) etiam conditionalis non expectato conditionis euentu, l. 1. §. biduum 5. Quan. app. vbi Bart. & Dd. Myns. c. 5. obs. 95. (f) d. auth. hodiè, c. biduum 2. quæst. 6. cum simil. Myns. c. 2. obs. 2. si condemnatus ipse, vel per procuratorem iudicio interfuerit. Myns. d. lo. Gail d. obser. 139. nu. 9. & scq.



seq. (g) initio enim est utile in progressu continuum, c. concertationi 8. vers. postquam  
sciuerint, & ibi gloss. h. t. in 6. gl. Bart. & Dd. in d. auth. hodie Cuarr. d. c. 15. nu. 2. Mar. d.  
lo. nu. 215. Mynf. Gail d. l. num. 7. lab eo iudicato 3. C. Quom. & quan. iud. Socin. reg. 490.  
(h) glo. & Bart. in l. 1. §. dies 7. quan. app. Gail d. obs. 139. nu. 5. nisi grauamen esset continu-  
um. Mar. d. lo. nu. 216. Gail d. obs. nu. 13. (i) Mar. nu. 241. Gail d. lo. nu. 6. Mynf. c. 2. obs. 68.  
& c. 3. obs. 11. (k) Gail lib. 1. obs. 142. Mynf. c. 4. obs. 97.

#### XVI.

Introducendæ *appellationis tempus* (a) est vel Legis, quod Lex vel Statutum ad  
introducendum *appellationem* definiuit, (b) vel *Homini*; cum iudex à quo appellatur  
certum tempus appellanti ad introductionem præscribit. (c) *Virumquè à tempore inter-*  
*positæ appellationis, & si pluries appellatum sit à die prioris validæ, (d) de momento ad*  
*momentum computatur, (e) illud à iudice à quo minui vt ex eo fiat fatale hominis, sed*  
*prorogari non æque; (f) à iudice verò ad quem non minui tantum sed prorogari etiam po-*  
*test, (g) fatale autem hominis prorogari potest, non tamen ultra fatale legis. (h)*

(a) intra quod causa corā iudice appellationis introducēda est iudicialiter. (b) Gail lib.  
1. obs. 140. nu. 2. quod tempus sicut olim l. 2. C. de temp. app. ita & hodiè pro diuersitate  
Tribunalium & iudicum est varium, de iure communi esse annum autumat. Vult. in  
Iurispr. Rom. idæa c. 33. lib. 2. allegans. Mynf. c. 3. obs. 15. vers. Quarto, In Camera Imper. est  
mensium sex Mynf. cent. 5. obs. 57. c. 3. obs. 54. c. 6. obs. 12. nec sufficit insinuari tantum per  
scripturam, sed & intra semestre introduci per reproductionem citationis. Mynf. & Gail  
d. obs. vide etiam quæ notat. idem Gail obs. 119. nu. 5. & seq. lib. 1. (c) l. præses. vbi gl. & Dd.  
C. h. t. (d) iuxta Bart. in l. 13. §. si dominus nu. 3. de op. no. nun. Maran. h. t. n. 144. & seq. vi-  
de Mynf. c. 1. obs. 7. (e) Gail d. obs. 140. nu. 1. Mynf. c. 3. obs. 54. & c. 6. obs. 12. (f) Gail d. obser.  
nu. 2. (g) Gail d. lo. nu. 7. (h) Gail sæpe d. obs. 140. nu. 3.

#### XVII.

Prosequendæ & finiendæ *appellationis tempus* (a) est *annus, & ex iusta causa bien-*  
*niun, (b) à die interpositæ appellationis, (c) non de momento ad momentum (d) compu-*  
*tandum, potest q̄, per consensum partium, (e) & iudicem ad quem tam minui quàm pro-*  
*rogari, (f) impedito verò per iudicem, quominus lis legitimo tempore finita sit, non impu-*  
*tatur. (g) Prout in Camera Imper. ob causarum multitudinē hoc tempus nō expirat. (h)*

(a) intra quod causa appellationis finiri debet, (b) auth. ei qui C. h. t. l. vit §. illud etiam  
C. de temp. app. c. cum sit Romana Clem. Sicut cum concordan. h. t. (c) gloss. in d. Clem.  
Sicut in verb. à die communem ait Gail obs. 141. nu. 1. lib. 1. diuersum existimat. Vult. eius  
d. lo. (d) Gail d. lo. (e) eleg. Mar. h. t. nu. 236. & seq. (f) Gail d. obs. 140. & 141. (g) auth. sed &  
lis & auth. Si appellationi C. de temp. app. Gail lib. 1. obs. 91. nu. 10. frequens autem diligē-  
tiæ professio prodest. Gail d. obs. 141. in fi. Mar. d. lo. num. 230. huic nimium frequentes il-  
læ in foro de non lapsis, neque labendis fatalibus protestationes, (h) Gail d. obs. 141. nu. 7.  
Mynf. c. 2. obser. 43.

#### XVIII.

Porro si quod præmissorum temporū negligatur, *causa desertionis vitio subijcitur, (a)*  
*& sententia transit in rem iudicatam, (b) perindequè habetur, ac si appellatum non es-*  
*set, (c) & iurisdictio redit ad iudicem à quo appellatum est, (d) quàm desertionem iu-*  
*dex ex officio parte non opponente attendere debet. (e) Hinc queritur. 1. Num senten-*  
*tia de-*

*cliv declaratoria desertionis requiratur? quod aio. (f) 2. A quo indice? Vbi distinctionem Marantæ amplector. (g) 3. Qualis ea sit? & definitiuam esse, si à nulla interlocutoria appellatum sit, enuncio. (h) 4. Item, Num deserta appellatione & nullitas deserta censeatur? quod nego. (i)*

(a) vide Mar. h. t. à nu. 410. ad fi. Mynf. c. 3. obs. 22. (b) per vulgaria, nisi sententia talis esset, quæ in rem iudicatam non transiret quos videre licet apud Maran. par. 6. §. & demura fertur sententia à n. 128 ad fin. (c) l. fi. §. illud, & auth. ei qui C. de temp. & repar. (d) Clem. si appellationem h. t. Dd. in auth. hodiè C. h. t. (e) d. Clem. si appellationem. Mar. nu. 398. Mynf. cent. 2. obs. 59. & 60. Gail lib. 1. obs. 137. vbi limitant. (f) arg. eorum quæ tradit. Mar. n. 234 & n. 200. Gail d. obs. 137. si videlicet ab initio aliqua appellatio interposita sit alias secus. vide Mynf. c. 2. obs. 77. (g) d. loco & nu. 200 (h) Mynf. c. 3. obs. 36. Gail lib. 1. obs. 138. Guido Pap. decis. 11. nu. 1. (i) Bart. in l. si expressim nu. 10. h. t. vide tamen Mynf. cent. 2. obs. 77. Cuuarr. pract. 9. q. c. 24. nu. 7. & 8.

### XIX.

*Effectus appellationis est causam ad superiorem deuoluere, (a) sententiam & iurisdictionem prioris iudicis suspendere, (b) ita vt mandari executioni, aut quidquam ea pendente nouari non possit, (c) & si quid attentatum sit, id statim ante omnia à iudice superiore ad instantiam appellantis causa cognita reuocetur, (d) & constituto benè appellatum & malè iudicatum, (e) causa non remittitur. (f) sin verò benè iudicatum esse pronunciatum sit causa pro vltiori iustitiæ complemento remissa censetur, (g) idq; si ab interlocutoria appellatum sit, si verò à definitiua nunquam remittitur. (h) Hinc oritur dubium cuiusnam sententiæ incumbat executio? & iudici appellationis, concludo. (i)*

(a) l. 1. §. 3. h. tit. (b) l. 2. §. fin. de pœnis, l. furti 6. de his qui not. inf. (c) tot. tit. nil nou. app. pend. l. §. de app. recip. (d) Mynf. cent. 1. obs. 26. de hac re plenè. Mar. h. t. à num. 171. vsque ad 207. Couarr. pract. q. c. 24. & plenius fortassis ex seq. disputatione de attentatis liquebūt. (e) quæ formula pronunciandi est, l. 21. & 24 ff. & l. 6. C. h. tit. (h) c. vt debitus, de appell. Gail d. obs. 131. nu. 1. & 2. Mynf. cent. 4. obs. 46. (g) d. c. vt debitus, c. cum in ecclesia h. tit. nisi delatum esset appellationi. Gail d. lo. nu. 4. per c. cum appellationibus h. tit. in 6. (h) d. l. eos 6. C. h. tit. (i) Mynf. c. 4. obs. 94. & c. 5. obs. 94. Gail lib. 1. obs. 113. nu. 14.

### XX.

*Reducit & appellatio causam ad eum statū quem habuit tempore litis contestate. (a) Vnde est quod liceat vtrique parti, (b) nondum deducta deducere, & non probata probare, (c) exceptiones peremptorias proponere, (d) super articulis nouis, aut prioribus etiā didicis testium dictis, vt quod in priori instantia fieri non potuit id fiat in posteriori; testes producere, & probationes facere. (e)*

(a) Bart. & Dd. in l. ita demum 13. C. de procur. (b) l. per hanc 4. C. de temp. appell. l. ampliore C. h. t. (c) ne tamen quid alienum ab actione, aut defensione prioris instantiæ immisceatur, d. l. per hanc l. fin. §. illud ff. l. eos §. si quid autē C. h. tit. c. cum Ioannes de fi. inst. c. fraternitatis de testib. Socin. reg. 396. (d) dd. ll. (e) d. l. per hanc & ibi glo. Nouel de testib. §. quia verò. VVesemb. in parat. h. t. n. 10. & hæc vera sunt de iure ciuili, quod præualuit secus est de iure Pontificio, quod æquius & tutius. vide Mynf. c. 1. obs. 41.

*Hic de supplicatione seu reuisione, nullitate, alijsq; affinibus appellationi remedijs tractandum esset, verum materie vbertas & chartæ (præter opin.) defectus me inuitum subsistere cogit.*

153255

AB: 153255

(X2203998)

K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





DISPUTATIO IURIDICA,  
**DE APPELLATIONIBVS.**

AVSPICE DEO OPT. MAX. PRAESIDIBVS VIRIS CLARISS. ET CONSULTISS. D. Ioanne Michaële Cronenburger Dictatore, & D. Ioanne Hollandt Fisco, SS. LL. Licent. in celeberrimo IC. apud Vbios Academiae Colonienfis Collegio proposita ab

**ADOLPHO LVDOVVICI.**

*Anno MDCCCXXXIII.  
die VII. Kalen. Julij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Cct  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

99

